



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLIX. Markgraf Johann von Brandenburg bezeugt, daß König Rudolph, mit
Zustimmung aller bei der Krönung desselben anwesenden Fürsten, die
Gattin des Reinhard von Hanau, Adelheid, eine Tochter Ulrichs ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CLIX. Markgraf Johann von Brandenburg bezeugt, daß König Rudolph, mit Zustimmung aller bei der Krönung desselben anwesenden Fürsten, die Gattin des Reinhard von Hanau, Adelheid, eine Tochter Ulrichs von Münzenberg, für frei und edel geboren erklärt habe, am 25. October 1273.

Johannes, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Nobili mulieri Adelheidi, nate quondam Ulrichi, Domini de Munzenberg, salutem et plenitudinem omnis boni. Cum nobilis vir Reinhardus, Dominus de Hagenovve, maritus vester, vos olim, ut dicitur, ea intentione duxerit in uxorem, qui vos nobilem fore credebat et parem sibi in origine libertatis, Serenissimus Dominus noster Rudolphus, Rex Romanorum illustris, ad tollendam opinionem quorundam, qui vos non nobilem, sed a patre ministeriali genitam asserabant, ob grata obsequia, que idem maritus vester Imperio exhibuit, personam vestram et pueros, si quos habetis, aut in posterum vos habere contigerit, reddidit et donavit nobiles et ingenuos de utroque parente, ac ab omni servitute ministerialium libertavit, de gratia speciali, prout in literis ipsius Domini Regis, vobis super eo concessis, plenius continetur. Quod autem hujusmodi gratia de pleno nostro ceterorumque Principum, qui Coronationi ipsius Regis intererant, beneplacito et consensu ac certa sciencia fuerit nobis facta, hoc publice protestamur, presentium Testimonio literarum. Datum Aquisgrani, Anno Domini MCCLXXXIII, VIII. Kal. Novembris.

Nach König, Reichs-Archiv (Bd. XI.) Part. spec. Cont. II, P. IV, p. 521, wo statt protestamur gelesen ist protestatur.

CLX. Der Markgraf Johann von Brandenburg bezeugt neben dem Pfalzgrafen Ludwig und dem Herzoge Johann von Sachsen die in ihrer Gegenwart erfolgte königliche Belehnung des Burggrafen Friedrich von Nürnberg, am 25. October 1273.

Nos Ludwicus palatensis Reni, Dux Bawarie, Johannes Dux Saxonie et Johannes Marchio Brandenburgensis — recognoscimus — quod Rudolphus Rex nobis presentibus concessit Friderico Buregravo de Nurenberg in feodo omnia bona, que pater ipsius et sui progenitores recipere consueverunt. Datum Aquisgrani M. CC. CXXXIII. (LXXXIII?), VIII. kal. Novembris, Indict. III.

Ausführlich in Detters Gesch. der Burggrafen zu Nürnberg II, 616.

CLXI. Graf Gerhard von Holstein beurkundet und verbürgt eine dem Markgrafen Otto von Brandenburg zuständige Schuld am 26. Juli 1275, nebst einer Notiz über das am 15. Octbr. 1275 zwischen der Grafen von Holstein und den Markgrafen von Brandenburg geschlossene Bündniß.

Nos Comes gerardus holtfacie Notum esse volumus vniuersis presentem paginam visuris, quod presentibus nostris vasallis, domino heinrico Dünkerō, strenuo militi,